



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Libri// Officialis// Sive Agendae S./ Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorvm, 1574**

**VD16 A 766**

Literæ Dominicales.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](#)

CYCLUS DECEMNOMINALIS AUREI NUMERI.

XVII. XVIII. XIX. I. II. III. IIII. V. VI.  
VII. VIII. IX. X. XI. XII. XIII.  
XIV. XV. XVI.

**I**n hac numerorum serie sic est inuenire numerum Aureum:  
Primo quidem numero, scilicet XVII. qui est anni huius currentis, detur  
annus 1574.

Sequenti vero, qui est XVIII. tribuatur annus 1575.  
Tertio porro, qui est XIX. scribatur annus 1576. & sic deinceps, donec  
peruentum fuerit ad annum currentem: Vel eum, cuius aureus numerus qua-  
ritur: Finitis annis decem & nouem ad principium denuo redeundum est.

LITERAE DOMINICALES.

C. B. A. F. E. D. C. A. G. F. E. C. B. A.  
G. B. D.  
G. E. D. C. B. G. F. E. D. B. A. G. F. D.  
F. A. C. E.

**I**n hac tabula litera dominicalis singulis annis sic inuenitur. Prima litera,  
qua est C. detur annus hic præsens 1574. Secunda, qua est B, tribuatur  
annus deinde sequens 1575. Tertiæ, qua est A & G. subsequens annus  
1576. Simili modo fiat in annis sequentibus, & super quam cadit nume-  
rus anni, cuius litera Dominicalis queritur, illa erit litera Dominicalis, qua si  
vnica occurrit annus communis intelligitur, si duplex bissextilis, & tunc  
superior usque ad festum S. Mathiae, inferior ad reliquam anni partem seruieret.  
Finitis annis 28 redeundum est ad principium.

MODVS INVENIENDI QVO-  
TA SIT LVNA CVVSQVE MEN-  
SIS PER EPACTAM.

**E**pacta nihil aliud est, nisi numerus undecim dierum quia in anno com-  
muni Solari, Luna facit 12. coniunctiones cum Sole: dies superant tertiae  
decimæ: & hi 11 dies sunt Epactæ. Anno hoc 1574. est Epactæ 7. sequen-  
tianno ad numerum 7 Epactæ præcedentis anni addendo 11. erit Epactæ 18. an-  
no tertio ad 18 addendo 11. erit Epactæ 29. Quod si 11. adieci Epactæ anni præ-  
cedentis superant vnam lunctionem, hoc est, numerum 30. oportet abiecere 30.  
& quod remanet erit Epactæ sequentis: Ut verbi gratia, Epactæ anni 1578. 22  
si addideris 11. erunt numeri 33. abieci etis igitur 30. remanebunt 3. qua erit Epactæ  
anni sequentis 1579. Et sic semper à principio procedendo cum 11. ha-  
bebitur Epactæ anni currentis: Ut in subiecto Cyclo numerorum ponitur. Qui  
annus incipit computando Epactam in Kalendis Martij. Animaduertendum  
ramen quod eo anno, quo Epactæ erit 29. sequenti anno additur ad 29. 12. ita  
ut remaneat Epactæ 11. in alijs vero seruatur quod dictum est, addendo semper  
11. Ad inueniendum ergo quot dies habeat Luna, numero Epactæ anni curren-  
tis addantur tot dies quot sunt Kalendæ mensium præcedentium à Kalendis  
Martij usque ad mensem cuius queritur quota sit Luna: addantur præterea tot  
numeri quot sunt dies eiusdem mēsis, & omnibus numeris simul computatis,  
inuenietur quot dies habeat Luna in illo mense. Quod si numerus aggrega-  
tus, ex supradictis superaret 30. abieci 30. quod superest sunt dies  
Luna